



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvm Serie Vigesimvm-Octavvm De Matrimoniis, &  
Sponsalibus, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

An vxorem in adulterio persistentem teneatur innocens dimittere. §. 3.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76659](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76659)

Ex eo quid unus coniux adulteri alterum de emendatione monerat, moritus non cedit iuri diuertendi, nisi aliqui contra confessant.

**P**rimò conveniunt Doctores diuortium esse non posse, si vterque nocens sit, quia iniquum est viuis delatum punire alio delinquente indemnem seruato. Quapropter iura clamans paria delicta quadam priuatorum ius mutua compensatione tolli. Cap. penit. & ult. de adulteri. Cap. significasti. cap. ex litteris de diuortio. Cap. 1. seqq. per totam 3. questionem. Et leg. si vxor. ff. Ad leg. iud. de adulteri. Et leg. vivo, atque uxore. 3. soluto matrimonio. & alios. Neque referuntur adulterium uxoris grauius sit, & publicum, vtrique adulterium secreta, & viuus peius, alterum posterius, quia per quodcunque fides in matrimonio data violatur, & ius diuertendi solum innocentem conceditur, vni doceat ex omnium sententia Sanch. lib. 10. disp. 5. a num. 2. Basili. Ponce, lib. 9. cap. 17. a num. 5. Coninch. disp. 5. dub. 2. num. 12. Gutierrez. de matr. cap. 12.9. num. 15. Paul. Laymann. tract. 10. 3. p. cap. 7. num. 13. Hæc tamen mutua compensatione solum est quoad diuortium, dositque amissione, nam quoad accusationem criminalem, & vindictam publicam non est compensatio: cum liberum sit marito adultero accusata criminaliter uxorem de adulterio, cum tamen ipsi uxori non permittatur maritum accusare. leg. 1. Codic. ad leg. iud. de adulteri. sicuti adulterii Sanch. lib. 10. disp. 8. numero 46. Laymann. lib. 5. tract. 10. 3. p. cap. 7. num. 13.

Secundò nequit maritus repudiare uxorem ob adulterium, cuius ipse author fuit, quia eo casu maritus & quæ ac vxor culpabilis existit: sicuti docent ex omnium sententia Sanch. lib. 10. disp. 5. a num. 3. Farina. 1. 1. quest. 3. separatio heri. Gutierrez. cap. 12.9. num. 16. Basili. Ponce, lib. 9. cap. 17. num. 7. Coninch. disp. 5. dub. 2. num. 8. Gaspar Hurtado disp. difficult. 3. num. 12. Laymann. tract. 10. 3. p. cap. 7. num. 8. Quod adeo verum est, ut etiam vxor prostitutioni consentiat, reaque adulterii sit locus repudij non deetur, vt colligatur exp̄s̄ ex cap. distinctionem, quod si forsan. De eorum cognitis consanguinibus, &c. ibi præfertur in uitam: dictio enim illa præsertim declarat, quod minoris dubitationis est, scilicet cum consenti inuita, & supponit idem esse in casu magis dubio, qualis est cum liberè consentit. Neque enim æquum erat, vt elegeret inquit Iuris consult. Scœula in leg. cum mulier 47. ff. Salvo matrimonio, quod maritus improbares mores, quos ipse, aut antea corripuit, aut postea probauit, sicuti omnes Doctores super relati aduertunt. Quinimmo censeo, si adulterio tacite consentiat: eo quod potens faciliter impedit non impedire nullâ legitimâ occasione intercedente, nequum illud obicitur: quia illo tacito consenti censendum est remittere ius diuertendi, quod ex iniuria illata sibi conceditur, id est que in leg. 1. Cod. ad leg. Julian. de adulteri. vir conscientis pena lenonis punitur. Atque ita docent Castro, lib. 2. de lege paucal. cap. 4. Henric. lib. 11. cap. 17. num. 4. Sanch. pluribus relatibus, lib. 10. disp. 5. numero 7. vbi optimè aduerit mulierem consiccam de mariti adulterio, neque impeditur non esse censendam consentire, quia raro ipsa impeditur potest, neque eius dissimilatio, vtpotè quæ est vro subiecta censenda est delicti approbatio. Notanter dixi nullâ legitimâ occasione, si enim vir suspcionem habens de uxoris adulterio dissimuleret se in longinquum proficiisci animo statim redeundi, vel testes absconditos apponat, vt certus de adulterio possit uxorem dimittere, vel in futurum emendare, nullatenus censeri debet adulterio consentire, sed illud permittere ob honestum finem, sicuti pluribus comprobant Sanch. lib. 10. disp. 12. num. 52.

Ex eo autem quod maritus causam remotam uxori dederit adulterium committendi negando inquam debitum, non suppeditando alimenta, atque eam è domo, & ex sua cohabitatione expellendo, non censetur adulterio consentire, neque à diuortio faciendo impeditur, vt colligatur ex cap. significasti de diuortio. Et ibi Glossa verbo materiali. Neque enim mulier ad fornicandum villa ratione adduci debebat: cap. ita ne 32. quest. 5. Neque ignoroscendum est (vñ inquit Vlpijan. leg. palam num. 43. ff. de ritu nuptiar. Et Glossa cap. ex litteris de diuortio.) ei qui obtinet paupertatis turpissimum vitam agit. Atque ita fatentur omnes Doctores telle Sanch. lib. 10. disp. 5. num. 6. Gutierrez. cap. 12.9. num. 8. Basili. Ponce, lib. 9. cap. 17. n. 7. Coninch. disp. 5. dub. 2. in fine. Quod intelligendum inquit Thom. Sanch. Gutierrez. Coninch. & Farin. quest. 14.3. num. 2. null' vir è intentione uxorem repulisset, alimentisve priuasset, vt necessitate compulsa adulterium committeret, quia eo causa adulterium uxoris marito est voluntarium perindeque est, ac si adulterio coniuiceret.

Tertio ob adulterio iam condonatum, & remissum nequit coniux innocens diuortium facere: ipsa enim condonations, & remissione cessu iuri diuertendi acquisto, sicuti unius Doctores docent. Dupliciter autem hæc condonatio fieri potest exp̄s̄, vel tacite: exp̄s̄ sit, si verbis expressis remittat iniuriam sibi factam, & ius diuertendi ex ea acquisi-

tum, iuxta leg. si maritus 2.5. §. si negauerint ff. ad leg. iud. de adulteri. Tacita remissio contingit, si conscientia adulterii, & potens sperere diuortium coniugi adulterio copuletur, vel illum ita familiariter tractet, sicut antea, nam prædictis signis satis præsumitur animus habuisse reconciliationis, id est que ad intentandum diuortium, accusandūmque adulterium non admittitur, vt tradit decisio Rotæ apud Farinac. 19.1, volum. 2. consil. Negque ad hanc condonationem requiritur adulteri acceptatio, quia ea condonatio est quædam iuris cessio, & remissio, quæ signis exterioribus manifestata tollitur ab adulterio impedimentum exigendi debitum, quod ex adulterio commissio contraxerat, vt recte probat Sanch. lib. 10. disputat. 14. à numero 2.

Quod si innocens adulterio prædicta signa remissionis praeter absque animo remittendi ius quod habet accusandi adulterum tam ciuiliter, tam criminaliter, esti in foro externo nec diuortium, neque accusacionem intentare possit; at in foro conscientia probabile est ius diuertendi & accusandi integrum remittere, vt pluribus comprobant Sanch. dicta disp. 14. à num. 21. eo quid illa facta non sint ipso iure remissiones, si quidem facta ex imperio Iudicis, eo quid adulterium non plenè probatum sit, remissionem non inducent, sed solum sunt signa animi remittentis. Quare eo animo deficiente nulla est censenda remissio. Quod facit indicat Texus in leg. questionem 40. §. item queritur ff. ad leg. Julianam de adulteri. dum in qua destituti viderit. Et leg. regia 8. titul. 17. part. 7. [casus que aī la a cogio en su casa, entiende se que la perdo.] Non enim affluerunt de facto remissile, sed præsumi remissionem fecisse.

Illiud certum remissionem solum esse posse de delicto præterito, non de future, ne delinquenti occasio relabendi concedatur. Quapropter si reconciliatus iterum delictum committat poterit non ob delictum remissum, sed ob delictum de novo patravit intentari ab innocentem accusatio tam ciuilis quoad diuortium, & dorem, quam criminalis ad punitionem. Vnde si vterque fuerit nocens, sibi que mutuò iniuriam celerint, qui post reconciliationem lapsus fuerit diuortio subiectus est, neque innocentis diuortiorum intentant obicitre potest crimina remissa. cap. de his de accusationib. Et cap. si illic. 2.3. quest. 4. iuncta Glossa verbo recidivo. Et leg. transfig. Cod. de translationib. Neque remittentibus actiones conceditur regressus. Leg. queritur versi si venditor ff. de ædilicio editio. Et tradit ex communis sententia Sanch. lib. 10. disp. 5. num. 21. Et disp. 6. num. 7. Basili. Ponce, lib. 9. cap. 17. in fine. Coninch. disp. 5. dub. 2. concl. 5. num. 17. Molin. tract. 5. disp. 95. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 10. 3. p. cap. 7. num. 14.

An vero eo quod vñus coniux adulteri, & emendatus alterum de emendatione moneat, censeatur vterque sibi reconciliari? Non conueniunt Doctores Sanch. plures referens lib. 10. disp. 7. num. 4. Paul Laym. lib. 5. sum. tract. 10. 3. p. cap. 7. num. 14. Coninch. disp. 5. dub. 2. num. 1. concl. 6. censem reconciliationem factam esse non solum ex parte illius qui monet, & reconciliationem offert, de quo non videtur esse dubium, sed etiam ex parte moniti, qui esto reconciliationem non admittat, admittere illam tenetur, cum si æquæ nocens, ac petens reconciliationem. Sed rectius Basili. Ponce, lib. 10. cap. 17. in fine. Gaspar Hurtado disp. 1. difficult. 3. n. 10. censem admonitionem ex sola admonitione sibi facta, & reconciliatione oblatâ, sed non acceptata non cessisse iuri diuertendi, quod ex alterius adulterio acquisierat; quia esto æquæ nocens sit, ac petens reconciliationem, id solum probat non posse alterum accusare delicto sibi non remisso, non tamen probat cessisse iuri diuertendi. At delicto remisso si post remissionem non delinquenter diuortium intentare poterit, quia nihil impedit: si vero iterum in delictum labatur, amittit ius diuortij preendi, emendatus vero intentare diuortium non potest, eo quod sibi non fuerit delictum remissum.

### S. III.

An uxorem in adulterio persistentem teneatur innoxens dimittere?

1. Plures affirmant obligatum esse recedere.

2. Verius est oppositum.

3. Aliquando per accidens hoc obligatio esse potest.

4. Raro, vel nunquam obligata est uxor diuertere à marito adulterio.

VIdimus innocentem neque iniuriam remittentem diuertere à coniuge nocente posse, inquitur, an teneatur? Plures Doctores, quorum memini Sanchez lib. 10. disp. 13. à numero 4. censem obligatum esse diuertere à coniuge adulteras eo quod apud se retinens, & debitum exigens, & reddens censem ius delicto coniuvere, graviusque hæreditibus legitimis detinimento inferre, si illegitimi, & spurijs supponantur. Et forte ob hanc causam Proverb. 18. dicitur Qui autem tenet adulterum stultus est, & insipiens, siquidem

*s*aretentione suis hereditibus iniuriam irrogat debita hereditate defraudando, siveque fame notam lenonis imponit iuxta Textum in cap. si quis crudelis. 32. quæst. 2. ibi : *Sicut crudelis. Et inquis est, qui easlam dimittit uxori, ita factus est. Et iniustus qui retinet meretricem, patrem enim turpitudinem est.* Ecce cetero vir de adulterio, ibi : *Si vir sciens uxori suam deliquerit, quia non egredi pudentiam, sed permanet in fornicatione, vixerit cum illa reus erit.* Et ius criminis participis.

*C*eterum communis est sententia, & vera per se ratione adulterij nullam esse obligationem uxorem adulteram dimittendi, ut colligitur ex D. August. tractato in cap. idolatria 28. quæst. 2. ibi : *permisit Dominus non iusit.* Et ex cap. quemadmodum, de iure iustando, ibi : *tacius esse adulteram non accusare.* Ad idem est cap. de benedicto, Cap. quod autem, Cap. non erit. Cap. cum venundatur, cap. apud misericordem, 22. quæst. 1. Neque contrarium probant Textus numeri præced. relati loquuntur enim de marito retinente uxorem adulteram nullam adhibiti correcione, namque eius turpitudinis participis, & patronus censeri debet, & omnis nocuenter legitimis hereditibus facti causa. Secundus vero de marito qui retinet adulteram corrigen, & quantum in se est delictum impediens. Neque est illius alius Textus, ex quo leviter colligatur obligatio expellendi adulteram. Quoniam Christus dominus Matth. 5. & 19. a. præcepto non dimittendi uxori excepti fornicationis causam, indicans sati stante causa fornicationis, neque astringi maritum ad retinendam uxorem, neque ad illam expellendam, sed viuunque ei liberum esse. Rationeque aperata id ipsum conincit. Nam cum diuortium iure ipsi naturæ introductum sit in penam delinqentis, & innocentis fauorem, æquum erat non innocens in illius executione astringetur, sed illo pro suo libro uti posset, alijs in illius penam verteretur. Atque ita ex communis sententia sustinet Sanch. lib. 10. disq. 1. & n. 6. Coninch. disq. 35. dub. 3. Paul. Layman. lib. 5. summaq. 10. 3. p. 6. 7. n. 15. Galp. Hurtado disq. 12. diff. 4. a. n. 1.

*D*ixi per se, nam per accidens ratione correctionis, vel scandali aliquando esti farissimè obligari maritus potest: si enim credit maritus uxorem corridentem esse, scandalumque sedandum, si eam falete ad tempus dimittat, idque præstat posse absque graui suo incommodo, lege charactris tenetur, uti aduentur prædicti Doctores. Atid fieri est impossibile, idque dixi farissimè posse maritum obligari. Quippe uxor que in domo mariti eam reprehendens, & punientis delinquit, inde dimisla liberius peccabit. Non igitur dimissio correctioni uxoris medium aptum est. Præterquam quod huiusmodi medium est marito overofum, tum quia cogitur celibem vitam agere, tum quia firmat adulterij suspicionem, quæ in grave dedecet ei cedit: uti autem medio ad corridentem uxorem ita dubio & ibi incognito nullatenus maritus tenuerit. Et ob eandem rationem non tenetur ratione vitandi scandalum, seu suspitionis, quam plures conceperunt possunt se delicta uxoris patrocinari, maxime cum huic suspicioni alii mediis succurrere possint, nempe uxoris reprehensione, reclusione, alijs moderata punitione, qua satis intelligi possit ipsum minime adulterio consentire. Quod si adhuc supicio perficit, patienter sustinenda est, est enim scandalum non datum, sed accepsum.

*E*x his a fortiori infertur raro vel nunquam obligaram esse uxorem diuertere a marito adultero. Non enim tenetur correctionis præcepto, cum ipsi virote viro subditæ datum non sit viuum corrigit puniendo, sed monendo, & exhortando, neque dimissio scindenda est medium aptum ad correctionem, quippe dimissus deterior fieri. Præterquam quod uxori incommodissimum est, quae cogitur & celibem vitam degere, & mariti confortis sibi regulariter vitissimo priuari. Minus obligari potest ob vitandum scandalum, seu suspitionem, quod ipsa mariti delictis affeniat, cum omnibus compertum si mulieres ægerrimè ferri maritos alii commiscerent, neque potentes esse ad illos continendos, sicut aduentur Henr. lib. 11. c. 17. n. 3. Matienzo, lib. 5. recopilat. rit. 1. rub. gloss. 1. num. 101. saa, verbo diuortium, num. 6. Sanch. plures referens, disq. 13. num. 101. Coninch. disq. 35. dub. 3. concl. 2. Gaspar Hurtado disq. 11. diff. 4. in fine.

#### S. IV.

An propria authoritate possit innocens à coninge adultero diuertere, vel necessariò sententia Iudicis requiratur?

- 1 Proponitur ratio dubitandi.
- 2 Scelulo scandalum tam ob adulterium occultum, quam notarium licet diuortium facere.
- 3 Procedit hæc doctrina sine adulterium commissam sit post spoliolum, sive ante.
- 4 Si spoliatus obiciat spoliantis adulterium, non obinde restituendas est, nisi adulterium spoliantis sit æquum notarium.

- 5 Probatur efficaciter ob adulterium occulum posse innocentem recedere.
- 6 Satifit obiectioni.
- 7 Ut prædictum diuortium sit, debet innocens moraliter esse certus de adulterio coningis.
- 8 Ea quæ in indicio externo probata sufficiunt, ut iudex sententiam diuortiū ferat, hanc certitudinem moraliter praefat.
- 9 Exorta controversia super impotentia viri, si ipse adulterio faciat, non potest coniux ad diuortium ex ea confessione procedere.
- 10 Coniux recedens ob adulterium absque sententia restituendas est spoliatio potest.
- 11 Spoliatus certus moraliter de adulterio non tenetur debitum reddere, tametsi superior precipiat.

*R*atio dubitandi sumitur ex eo quod iniquum videatur quemlibet in sua propria causa iudicem esse. At si innocens ob alterius adulterium posset se a coniuge separare, iudex in propria causa est. Item diuortium est pena noctantis, quam ius ipso factio imponit, sed iudici remittere impotest. Denique matrimonium est Ecclesiæ autoritate celebratum: debet ergo autoritate Ecclesiæ, & non ipso sum cum dislocari, ut videatur traditum in cap. facultates cap. bistoria 33. quæst. 2. ob quas rationes Gab. in 4. d. 35. quæstiones art. 1. cons. 5. censem etiam ob notorium adulterium non posse coniugem innocentem diuortium facere, sed necessariò expedire debere Ecclesiæ iudicium. At quando delictum adulterij est occultum, contentit D. Thom. dicto dist. 35. quæst. 1. art. 3. Bonavent. ibi. quæst. 3. Richard. art. 1. quæst. 3. Turecema. in c. facultates. 3. 3. q. 2. quos referit, & sequitur Basil. Ponce, lib. 9. c. 18. à n. 6.

*C*eterum verius censeo seculo scandalum tam ob adulterium occultum, quam notorium coniugem innocentem licet diuortium facere tam quoad debiti redditionem, quam quoad mutua cohabitationis separationem. Sic docet Paludan. in 4. d. 33. quæst. 1. art. 3. concl. 3. Sanch. plures referens lib. 10. disq. 11. à n. 5. & n. 14. 3. 1. & seqq. Henr. lib. 11. c. 17. n. 1. Rebello lib. 9. 17. Agid. Confucius. disq. 3. n. 2. Gaspar Hurtado disq. 11. diff. 6. num. 21. & alij.

Et quidem quando adulterium notorium est per evidenter facti, vel confessionem rei in iudicio etiam ciuili non solum innocentem conceditur ius diuertendi ab adulterio, sed neque Ecclesiæ illum compellere potest ab adulterum recipiendum, ut videtur decismum in cap. significasti de diuortiū ibi. si notorium est mulierem ipsam adulterium commississe, ad eam recipiendum prefatus vir cogniti non debet. Et facit cap. ex parte Sponsalib. ibi : *quia nemini licet uxorem sine manifesta causa fornicationis dimittere, ergo stante manifesta causa fornicationis licita est dimissio, neque uxor dimissare restitunda est,* sicut docet Gloss. c. Agathosa, verbo fornicationis. 27. q. 2. Et c. in verbo fornicationis de adulterio. Panorm. cap. constitutus num. 4. de conuers. coninguit. Et c. ex parte de sponsal. Et c. fin. de adulterio. Tiraclel. in leg. s. vnguam. verbo reueratur. num. 137. Cod. resuand. donationis. Gregor. Lopez, leg. 2. verbo seyndon. p. 4. Nauarr. c. 22. n. 23. Surd. de alim. tit. 7. q. 16. Sanch. lib. 10. disq. 12. n. 32. iuncti n. 13. vbi plures referunt. Et enim cum delictum notorium est perinde est ac si publica sententia, & iudicio reus damnatus esset.

Quæ doctrina verissima est, sine adulterium commissum sit spoliolum, sive ante. Quocunque enim tempore notorium commissum sit, restituenda deneganda est. Nam esto in dicto cap. significasti solum facta sit mentio adulterii post spoliium perpetratum, id factum est, quia in eo aliqua ratio dubitandi esse poterat ex eo quod spoliants occasionem adulterii dederat, non quia decisio ad adulterium commissum post spoliium restituta sit, cum illud adulterium leuius sit, quam commissum ante spoliolum, ut recte alius relat sicut Sanch. lib. 10. disq. 11. num. 30.

Verum ob adulterium occultum posse seculo scandalum coniugem innocentem ab adultero diuertere nullam expectat sententia hac efficaciter probo. Matrimonii natura ea est, ut coniuges sibi iniuriam obligentur ad mutuam cohabitationem & debiti redditionem, dum carnem suam in alienam non diuertant. Ergo facta hac diuisione ab adultero casus in innocentem obligatio per contractum matrimonij accepta, sicut casus qualibet alia promissio cessante conditione sub qua tacite facta est. Vnde in diuortio innocentis non sibi ius dicunt, sed iure a matrimonij natura concessu virtutur, quod ius Ecclesiæ approbando matrimonium approbare conetur, idque authoritate Ecclesiæ dici potest diuortium prædictum celebratum. Per quæ ratio dubitandi soluta est. Et confirmatur: ob adulterium notorium, seu ut placet Basil. Ponce, ob adulterium, quod incontrinenti notorium fieri potest probatio oblatæ, licet coniugi innocentis propria authoritate à notoriis diuertere, ergo æquum ei licet in foro conscientia ob adulterium securum. Quippe ius diuertendi non ex publicitate, sed ex delicto nascitur. Publicitas enim solum ad scandulum scandalum requiritur, quare scandalum cessante quomodo docunque